



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nvclevs Coppensteinivs Conceptvvm Prædicabilivm In  
Dominicas Festaqve omnia per Annum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1624**

In Festo S. Martini Episcopi. O virum ineffabilem: nec labore victum: nec morte vincendum. Qui nec mort timuit: nec viuere recusauit? Ecclesia in Antiph. festi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51556)

gantib⁹ sit fides. Dixit: Simul manu prehendit linteolum; atq; tactum flamula emicat; qua simul extincta, ipsa quoque adustio panni scintillans sensim extinguitur; qualis in ignili fomes ac cens⁹ discintillare assoleret. Neque tamen tangentis manus ignita visebatur.

Retraxit manum puer cum strophio iam extincto. Ipsa digitis manuum cancellatim implicitis, altuni ac moestum ingemiscens Ach Gott dixit, & abiit. Post ridie, hoc est, ipsis Kalendis Ianuarijs, puer exhibito signo collegit pecuniam, ac vt iussus, dispergit, animaque purgatoria desit apparere. Stropholum biduo post ipse vidi, pluribusque exhibui. Visebantur in eo quinque caumata, siue adustionis foramina, quasi diductis palmæ digitis pertusa, tamque perfecte distinctis formis, ut aspectu primo suum cuiusque digiti vestigium ab altero posset dignosci. Pollicis cauma ab reliquis paulo aberat deorsum versus disiectus, quasi prensantis manus istum inter ac indicem in plicam contraxisset pannicum.

Nunc historicæ fidei collige signa, Lector. 1. In puer quidem etas, candor, relationis & circumstantiarum constantia: qua extra suspicione sunt de fuso. 2. Deinde, integro vultu, latere, pede, corpuculo concessisse cubitum: at cubitu surrexisse oblongo vultu, corpuculo quasi semiobtrito, ac debilitato, liuidoque latere. 3. In sudario caumat, tam ad quinos apta digitos. 4. In hospite: fides boni viri. 5. In spiritu, inque factio nihil abhorrens ab doctrina fidei sana: ab solito sapiens alias, ab vero, iusto, ac pio.

6. Denique nihil in contrarium afferri posse videri, quod non simul sapiat defectum vel modice fidei; vel rationis iusta, vel pietatis.

Quosequidem opinionias nihil moror. Verum duntaxat; siue dissidentie ac obstringillatiuncula pondusculum quodcumque addictio-

rum signorum pondus in iustificationis trutina expendant.

### IN FESTO S. MARTINI Episcopi.

O virum ineffabilem: nec labore vietum: nec morte vincendum. Qui nec mori timuit: nec vivere recusavit?

Ecclesia in Antiph.  
festi.

A Braham, Genes. 12. vocatur à Deo, si mul exit de cognatione sua, solumq; vertit, omnibus præter vxorem relictis, S. Martinus, secutus vocantem Deum, casta, parentes, patriam omittit, & in defertum sese abdit: ubi per varios casus, per mille pericula rerum exerceretur.

Super quibus nos

- I. Quales esse oportet Episcopos?
- II. De S. Martini statu militari, & admiranda charitate.
- III. De eius Monachatu eremitico.
- IV. Demundi statu, & contentu.
- V. Defuga mundi. Bonoque statu monasticis.
- VI. De Episcopatu S. Martini pauperis.
- VII. De iuicio S. Martini zelo ac fortitudine.

### P A R S I.

[Quales esse oportet Episcopos?]

I. P Latto aiebat: tam demum beatas fore presules resp. si aut Philosophi eas regerent; aut, sint qui regunt philosophentur. Id vero in regi- 1. Sapientia, mine Ecclesia est in primis necessarium: ut haud sciām, an item aliud.

2. Si Philippus Macedo natum sibi filium, Dei beneficium esse aiebat: magis tamen latabatur de nacto filij magistro Aristotele, viro tanto . Quantierit submissus à Deo Pastor bonus?

Yyyy 3. Sub

3. In officio vigiles. 3. Sub talis floret Ecclesia felicius; quā Laconum resp. De qua, apud Plut. in Lucco, quidam Regi Theopompo ait: Mīrum non esse: quod ea tam diu floreat, reliquis pessum ruentibus; cum, qui eam gubernant, suo quisq; munere solo fungatur sedulo.
4. Concor- des. 4. Epularis, & theatrica domus Philistinorum corruit; vt primum Samson columnas collisiisset. Iud. 6. Sic si fulcra Ecclesiæ sibi pugnent, ab Satana instiga-
5. Seruato- res suis. 5. Stetit pentapolæ Sodoma, quam diu in ea Loth cum familia morabatur. Ut vero subtractus cum suis fuit, iam ecce in cinere m corruerat. Gen. 19.
6. Non lu- sei. 6. Statuæ Dan. 2. Nabuchodonosoræ pedes quia lutei erant; ad leuem tactum lapilli obtrita ea procumbit humi. Ita si Præfules sint viri figurini, pomposi magis, quam solide religiosi; Aut si sint lutei; auari, velluxuriosi.
7. Sint for- tes. 7. At in scriptura esse iubentur ænei, aut ferrei. 1. Ut Iere. 1. Ecce dedi te hodie in ciuitatem munitam: & in columnam ferream: & in murum æneum super omnem terram. Sint igitur constantes, & cordati. 2. Tales, Cant. 3. circumstabant lectulum Salomonis, Ecclesiam, fortes LX. letissimi ex Israel. 3. Tales parit Cæsares, Hercules, Hectores &c. gratia & Electionis, & Vocationis.
8. Non con- fidentes in se. 8. Sed fidant sibi ne quid nimis. Alioquin, vt Eleazarus, 1. Mach. 6. et si zelo bono aciem hostium perfregit, adq; maximum elephantorum cōrēndit, eum suffodit, virib. præfidens, se molem aut sustenturum, aut evasurum, obruitur. Ita animosi plus iusto, nec meritis sat fulti Prælati, dum volunt facere fortiter, ruinam faciunt. Habeant igitur zelum, sed secundum scientiam.
9. Zelos se- cundum sc̄ientiam. Qualis Cherub ante Paradisum custos cum gladio flammate; talis super Ecclesiam suam Episcopus vir zeli, & scientiæ esto. Nam Ps. 149. Gladij anticipates in manibus eorum: gladius Verbi, & Spiritus.
10. Ad thronum Salomonis, 3. Reg. 10. erant XII. leunculi stantes super sex gradus, Ecclesia, hinc atq; hinc. Non est factum tale opus in uniuersis regnū. Non vero oves, ceruæ, aut damæ fugaces, sed heroicæ constantiæ viri thronum Ecclesiæ circumfistant. Esto; habeant subditos similes ceruorum; si uipisci Duces leores, res felicis perageatur, quam si ceruus præfit leonum copiis. Ut Dux Athen. Chabrias aiebat.
11. Sint, quales, 2. Esd. 4. reparatores. So. 11. Simul lyra, ab capieitate reveri; qui hac malum, ista tenebant gladium. Ita S. Præfules, hac edificant docendo; ista defendant vigilando.
12. Ezechiel, cap. 1. vidit quatuor animalia, modis quatuor ignem euomentum; ubi omnia iam vt scintillas; tum vt carbones viuos: facti post instar lampadū collocentum: tum denique ad instar fulguris. Ita Præfules gerant se iam cum scintillante viua eius spiritu: iam cum zelo fortiore: mox cum exemplo operis vt lampadis: Alias semper cum fulgere vigilantiæ Episcopalis. Quæ cum in quolibet esse oporteat: astiment onus Episcopale, quidem afferant ambitione.
13. Quod sol in mundo; Episcopus est 13. Charitas in Ecclesia: semper iscalet, & splendet; ut & exemplum fructificat; ita Episcopus charitatem confite, & virtutum exercitio.
14. Ut firmamentum, refertum stellis, 14. Iisque nunquam defectum patitur: at orbis sub tempore coeo singuli singula tantum sidera habent: stanter, & ex his præcipua duo ecclipsantur. His sunt subdit: istud Præfulus est.
15. In summi Pontificis veste orbis 15. Virtutum terrarum cum creaturis erat delineatus: qua sine incedere nefas illi. In signum: esse eum oportere instructum omnigena virtute. Qualis Martinus erat.

PARS

## PARS II.

De S. Martini statu militari, & admiranda charitate.

*Primum.* I. IN noua ferte animus mutatus dicere for-  
mam. Adeo Martinus castris Juliani mi-  
les; in deserto Monachus; in Ecclesia fuit  
Episcopus: profusus in vnum Deus, qua-  
si in Trismegillum. Quæ in singulis mi-  
reris, in uno repereris.

*Secundum.* Qualis spirans minarum Saeculps in ar-  
mis, mox Paulus effectus mira vi Numi-  
nis: ita Martinus deliciis, erroribus innu-  
tritus gentilitiis, ad ipsa arma exercitus; ar-  
ma ponit, subito vocari obsecutus Deo:  
Nec diu; dignus censetur Episcopatu.

Admiranda Ezechielii visa animalia  
quatuor, quæ singula faciem hominis,  
bous, aquilæ, Leonis habebant. Similis  
Martinus: in castris leo: in aulis, moratus  
homo; in eremis, bos pœnitentia mœ-  
stum immugit; in Ecclesia aquila epi-  
scopalis; hoc altior ceteris, quo dignior.  
Ut chameleon omnes sibi colores ad-  
scicit: ita virtutes militis, monachi, E-  
piscopi.

II. Miles, Martis pullus, in aie; Hercu-  
les in confictu; Lucullus in expeditioni-  
bus: nec hostem, nec mortem fugit un-  
quam, charus omnibus: & quod omnia  
super, ad bonum natura propensus, ac  
virtutis, quam honoris, studiofior.

Charitatis vero apprime. Hanc men-  
dicis nudis persensit expertus: cui ille,  
cum nihil ad manum aliud, chlamydem  
distribuit dimidiatam. O viscera! Vbi  
iam veritas illius.

Nulla salus, pietasque viris, qui castra se-  
quuntur; Verte vocem, & dic; Mul-  
tas salus. &c.

Liberus. Facto Martinus refutauit Iphicratibus, Du-  
cis Athen. dictum: quo bonum militem  
esse avarum, & genio indulgentem o-  
portere aiebat. At Martinus liberalis in e-

gentes; in se durus ieiuniis, vigiliis, oratio-  
nibus.

Mirabatur, quæ vidit Moyses, ardē-  
tem rūbum, Exod. 3. *Vadam,* & videbo ri-  
bilem hanc magnam. At, Martinus in me-  
diis ethnicorum castris, in armis, chari-  
tate ardebat: quo quid admirabilius? Et  
eo: quod se nudat paludamento, vt nu-  
dum conuestiat? Inierunt, 1. Reg. 18. Da-  
uid, & I-nathas fœdus: diligebat enim eum parabilis,  
quasi animam suam. Nam expoliavit se Iona-  
thas tunica, quaerat indutus & dedit eam Da-  
uid, & reliqua vestimenta sua, usque ad gla-  
dium, & arcum sum. Mirabilis factum  
Martini, non Principis cum principe: sed  
militis cum nudo: Ignotus ignoto largi-  
tur, quo egebat ipse.

Produntur à Plin. lib. 1. cap. 106. rupes 4. Inextin-  
diu noctuque flammescere: sicut Chi-  
mæra mons Lycæ: & montes Hepha-  
stij: vt nullis aquis infusis, aut pluviis ex-  
tingui valeant: Quis promontorium  
Nymphaeum exicare ipsas nubes dici-  
tur. Plus ardet charitate Martinus: Aquæ  
multæ non potuerunt extinguere charitatem,  
ne fluvina obruent illam.

III. Elias signeo abreptus curru, mis-  
ratus clamantem Elizæum, ei pallium  
demisit, amoris testem 4. Reg. 2. Fuit hoc  
Prophetæ; at iam & militis est factum:  
quod Martinus innouauit, ac forte supe-  
rauit.

Sicut & illud Iosephi, Genes. 39. qui  
charus Putiphari, ab hera ad flagitium  
invitatus se negat ipsi: profugiens pal-  
lium relinquit, tutor castitatis. Ita Mar-  
tinus, cuius vel hosti chara virtus, Iulia-  
no fidus, et si à carne pellaci, à militari  
centia solicitaretur varium in nefas; re-  
sistit tamen, se fortior, sui viator. De-  
mum, ne traheret exemplum, quo nol-  
let, fugit, relictis armis, ac castris, balneo  
que militari. Nimirum amor Dei vrebatur,  
& vrgebat pectus.

Y y y 2 Vt

*Simile.  
Erumpent  
in opera.*

Vt stante in flammis domo mediis,  
per fenestras quæ possunt, eiiciuntur, su-  
pellestilia; demum per fores erumpitur.  
Ita Martinus astuans intus eiicit per o-  
culos lacrymas, per os suspiria, vestem ex  
humbris; demum ipse per pœnitentia-  
ianuam sese eiicit in tutum.

*Simile a-  
liud.*

Pressus aer diu sub terra, vel inter nu-  
bes signis; quanta se demum prorumpit  
vi? Sic compressus amor animo Martini  
in Deum, emicat opere misericordia; o-  
re confessionis ad Julianum intrepidæ;  
abdicatione sui, & vanitatis sacruli; con-  
tentione ad anteriora, &c. Nempe Dei  
præsentiam in Sinai monte prodebat fu-  
mus erumpens. Ita facta Deo plena Mar-  
tinii testabantur ignem in ipso charitatis:  
quæ est Deus. Continuoque vanitates e-  
uaporant; abeunt ambitiones; se nubes  
euolutat cupiditatum, opum, voluptu-  
tum: cuncta Deo inimica abcedunt. Deus  
inerat animo. Deus ô tangemontes, & fu-  
migabunt.

*2. Imita-  
trix Chri-  
sti.*

IV. Christum imitatur, qui in crucem  
suffigidus, ad pedem ante vestes de-  
ponit. At crucem prouolaturus Chri-  
sti miles, se nudat prius, nudoque se ap-  
placat Crucifixo: vt, Galat. 6. sit ipsi mun-  
dus, & ipse mundo crucifixus.

*Et Abraham.*

Ita Abraham, Gen. 22. filium immola-  
turus; seruos, asinos cæteraque impedi-  
menta ad pedem montis destituit: scan-  
dit cum solo solus, hac ignem, illa præ-  
ferens gladium. Martinus ad montem  
pœnitentia affectabat gradum; vt suus  
ibi *Sacrificium Deo spiritus contribulatus* es-  
set. Psalm. 50. Non nescius quod, Galat.  
5. qui sunt Christi, carnem suam cruciferunt  
cum virtutis, & concupiscentiis suis. Simul hac  
ignem charitatis, illa gladium abrenun-  
ciationis gerebat. O virum in-  
effabilem, nec,  
&c.

## PARS III.

*De S. Martini monachatu eremi-  
tico.*

I. VIdimus militem; nūc Monachum, *Monachus*  
ecce, Martinum, Loco loricæ, gla-  
dii, galeæ, fasciæ humeralis gerentem ci-  
licium, flagra, cucullum, scapulare. Aciē  
eremo commutauit; commilitones cum  
beliis: iam seruit leprosis, *Aggrega-*  
*tu* *mu*  
*li plang*  
*o se ipso*  
*vidicar*  
quiante par fortissimis.

David, 1. Reg. 17. Goliatham proster- *Vt deuinc-*  
nere nequibat, nisi exutus regis: Ita nec *ret caru,*  
*Satanam*, *Martinus*, nisi in habitu humili-  
*Mundum.*

Daudem, 2. Reg. 15. persequente filio *Aggrega-*  
Absolone, fugientem nudum pedes ac *uit sibi in*  
capit, secuta nobilitas est lacrymans la-  
crymantem. Maior Dauide Martinus: &  
causa melior ac sanctior: si non ipsum, at  
in ipso quædam imitemur vindicantes  
nostra peccata, quæ nos persequuntur.  
Quicum Martinus Christum sequamur,  
sic nos præuentem.

II. Hic est, qui mundum ex Martino *Vicit mun-*  
exuit, induitque ei monachum. Quæ cul- *dum, sevi-*  
tus mutatio indicium est; deuictum in *cirino*  
eo mundum esse, viuereque in eo Chri- *Christum:*  
stum. Cum Duci funus agitur; miles o-  
mnis luget atratus, hastæ trahuntur, tym-  
pana obducta moestum sonant, restes nit-  
rati sunt extinti, &c. Ita Martinus pullus  
habitus, corporis tympanum aliter so-  
nans, extinti superbiæ funiculi, &c. indi-  
cant, mortuum ipse mundanæ vanita-  
tis esse ducem mundum ipsum.

Proceres Benadad, Regis Syriæ, de-  
bellati ab Achab, hunc supplices adeunt  
faccis induiti, cum laqueis è collo. Talis  
iam Martinus venit ad Deum, reges suo  
mundo deuicto.

1. Est quasi Bias alter; qui ex incensa *Sequaciu-*  
patria nudus excurrens aiebat: *in ipso, ac*  
*Deo man-*  
*cipavit*  
*Nudus ut*  
*pauperum*  
*mca*

*mea mecum porto.* Ita Martinus ex mundo profugit. 2. Similis Lotho, Gen. 19. incensam Pentapolim effugiens ad montem, Angelo conductore. 3. Par. Noach diluvium damnationis fugiente, Gen. 7. sed in claustris Arca seruante.

III. Sed aliud erit, quod saltus peregrines; Iusta incolas ferarum; in te saeuias ieuniis, flagris, frigore, vigiliis. Nimis, ut 1. Mach. 2. Mathathias, nea mala populis videret, in montibus plangebat peccata eiusdem, ingemiscens neglectum Legis, ac sacrorum profanationes. Cui se plures indies aggregabant zelantes, p. Deo. Ita & Martinus.

Qualis etiam Elias, Iezabelem fugiens, loca sola petit, 3. Reg. 18. durum cubans: subcimerio vescens. Inter quæ tamen & Angeli solatio, & Prophetarum aliquis reficiebatur. Sic Deo, sibique viuens Martinus.

Factus demum Dux est confugarum paterque monachorum. Qualis Moyses Israëlitarum ex Aegypto. Qualis & idem ad Regem Amorrahorum. Numer. 21. Obsecro, ait; vt transire nobis liceat per terram tuam. Non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis. Via regia gradieruntur: donec transeamus terminos tuos. Ita cōfratres Martinus traduxit per mundum.

## PARS IV.

De mundi statu, &amp; contemtu.

1. **S**ed quid est, quod mundo excedis profuge? Quid? 1. Quia infamis est ab facinorib. latrociniis, &c. Adam inibi se & nos occidit: Cain fratrem, Pharaon iustos persequitur: Vix Angeli tui in Sodoma: Messias ipse extinctus est. Nec hospes ab hospite tutus: & pater in filium, &c. insurgit. Vale vafer, fugaxque mundo: Nemo in te melior; extra te nemo fiet deterior: & tu ipse indies in peius abis. Vale.

2. Similis Naamano Syro mundus est, 2. Inficit. leprosus: 4 Reg. 5. cuius munera qui accipit; & lepram participat, vt Giezi.

3. Similis mari rubro, sanguine pluri- 3. Submer. morum Aegyptiorum purpurissanti: at git. non Israelitarum vere religiosorum: Exod. 14. qui in terram benedictam perducuntur.

4. Similis Iericho: de qua Elisæus, 4. Damno? Reg. 2. Ecce, habitatio ciuitatis huius optima *sus* est. sicut tu ipse Domine perspicis: Sed aquæ pes. similes sunt, & terra sterili. Ita Mundi situs, & cetera sunt optima: at voluptates eius, &c. pessimæ.

5. Talem Isocrates dicebat urbem esse Atheniensem, ad obambulandum per pulcrum: sed ad incolendum difficilem ac periculosa. Ita Munde spectatu, & perambulatu iucundus es: at habitatum nimium quam periculosus. Ergo vale. Te fugio, deseruo; ne deserar.

Agite sic viuamus in mundo: vt cum eo paciscamur, vt Bara, Rex Sodomitum, cum Abraha: Gen. 14. Munde damibi animas, cetera tollerib: quasi dicamus: sine me cum oratione, ieunio, &c. seruire Deo: tum dein age, quod libuerit: cetera, fastum, opes, dignitates, &c. tolle tibi. Sic pactus cum eo Martinus est.

## P A R S V.

De fuga mundi bonaque status monastici.

I. **A** Tq; hunc tales; & idem, fugit Martinus: simul retro respectas ad nos, (vt S. Bernardus) clamat: Fugite Babylonem: & salutare animas vestras, q.d. Itane mundum amabis; vt animas vestras perdati? Fugite: & viuete.

Vtq; Alexander Poeta aiebat: Satius est in terra viuere pauperem: quam mari se committere diuitem. Ita in monasterio: quam vitaque in mundo, &c. Ideo Ps. 83. Elegi abiecius esse monastica. in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Yyyy 3 Ale-

Eſte eagle-  
rioſa.

Alexander Magnus simile quid, verbo quidem eligebat olim; at an animo, nescio. Inuicerat Diogenem Cynicum dolij incolam subdialem; admirans virum, & vitam, in ceteris querit; num, quid ab ſe peteret? Hoc tantum, inquit Philosophus nemibi apricanti officias: abſis ē ſole. Ad quod Rex: Ni Alexander eſſē: Diogenes eſſe velim. Iſta Val. Max. lib. 4. cap. 3. Ita, ſeculare bona ſi noſſent Religio- forum; hi eſſe mallent; nec aliud à Mundi peterent, quam, vt abſint ſibi à ſole iuſtitia, nec ſe moleſtent.

Preferen-  
dag, aulis.

Moyses poterat in aula Pharaonis ad ſumma quæque euehi: Sed, Hebr. 11. gran- diſ factus negauit ſe eſſe filium filie Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei quam tem- poralis peccati habere incunditatem. Maiores diuitias aſtimans, theſauro Aegyptiorum, im- properium Christi. Hic typus eſtvit monaſtice, quantiſit præ ſeculari ſuis votis, penitentiis, ſecuritate, &c.

1. Obbena  
cœleſtia.

II. Vix obiter, aque longo guſtarat Petrus in Thabor, Matth. 17. cum ecce prorumpit in iſta: Domine, bonum eſt nos hic eſſe: Faciamus hic tria tabernacula. Mons eſt Religio, in qua animæ transfigurantur, conſolationibus demulcentur, ſic, vt ob- litia mundi, in Deo absorpta clament. Bonum eſt nos hic eſſe. Testis Martinus; vt ſeimel guſtauit, quam ſuauiſ eſt Dominus, facile eorum, quæ retro ſunt in mi- litia, obliuſcebatur.

2. O' ſecu-  
ritatem fa-  
lucis.

2. Felices Martiniani religiosi! 1. Fi- niant vitam laqueo Amani ſuperbi; Eſth. 7. at Mardochæi Martiniani, chariores Regum Regi in gloriam euehentur. 2. Viuant Epulones byſſini, & ſplendidi; ſed exitu infelices: felices ſunt Lazari voluntarij; vt in ſinnm quoque Deiſu- ſcipiantur, Luc. 16.

3. Ob liber-  
tatem tem-  
poralem &  
eternam.

3. In excidio Ierosolymitano, Dux Nabuchodonosoris Nabuzarda Nobiles abduxit captiuos in Babylonem; non

plebeclam: Ierem. 39. & 4. Reg. 25. Ita quondam rādixitibus, & potentibus, ſeculi. At è contra; Luc. 6. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum?

4. Videntur in creatione vasta, valida, que bruta nullam; at multam accepitſe diuina benedictionem auiculæ. Ita & eremi- colæ, & cellicolæ; quorum conuerſatio in cœlis eſt.

5. Nunquam Martine, tibi parare no- 5. Obbena men potuere caſtra tantum; quantum parale- luſtra ferarum, adytaque deiſerti. 1. Ni- que hillo viderunt admirabilius eremii O. gloriam, rientis, Agypti, Thebaid. s., Memphoeſ- que. Fuit ille venerationi Paulis, Antoniis, Machariis, Euagriis, Hilariionib. Se- raphionibus cunctisque Anachoretis.

2. Testis Sulpius Seuerus, cuius ſunt iſta. Ego, quam diu viuam, & ſapiam, Aegypti monachos prædicabo, laadabo Anachoretas, mi- rabor Eremitas: Martinum ſemper excipiam. Non ego illi quempiam audebo Monachorum: certenon Epifcoporum quempiam comparare. Ergo vere virum ineffabilem.

5. Quis vñquam miracula edidit plu- ſe mira- ra in mundo, quam ille in deiſerto? Le- culis ſuā. proſos osculo; cæcos, ſurdos, paralyti- coſ tactu: energumenos verbo, cruciſi- gno curauit omnia, perdomuit dæmo- nia. Angelorum conſortio dignatum Deus voluit in terris guſtare cœleſtia: Futura prædixit: mortuos tres lufſcitauit. At plura Apoſtoli: maiora Christus mira- cula deſignauit: O virum ineffabilem!

#### P A R S IV.

De Epifcopatu Sancti Martini pau- peris.

I. C Redo, Candelabrum Ecclesiasti- cum inuidebat eremi ſecreto lu- men Martinum. Publico id debitum euocat Turonem, inque apicem collo- cat Epifcopatus Monachum. Qualis o- lim Romæ L. Ciaccinatus, amore vita- priuata,

priuatæ abdicatis honoribus, se ex Urbe subducebat in agrum: Vnde demum vel astiua ad Dictaturam postliminio euocabatur. Teste Val. Max. lib. 4. cap. 4. Ita Martinus.

Nimirum creuerant eius virtutes in immensum. Ideo ut cerui, deiectis cornuis, tam latitant diu, quoad eis cornua recreuerint. Ita latebat Martinus: quo dein glorioſior apparebat. O virum ineffabilem! &c. Mundū fugerat persecutiones; suæ factus ipſe persecutor carnis: iam ecce, ab honoribus persecutionem & dignissimam, & debitissimam patitur. Et ita patitur, vt ramenveriſſime ostenderet in ſe, non tam ſe ab Episcopatu, quam hunc ab ſe monacho condecorari.

Age Martine, generoſe leo, quid publicum metuas? Lepusculi, ceruæ, damæ, hinnulique colant abdita. Leo rex animalium ſub dio erbat, ſub Ioue dormiebat ad vias accubat: quoque infeftiora loca, hoc ipſi accident gratiora; factus namque eſt, vt neminem formidet, cunctis formidabilis. Ita tu lateam fratelli; tu progredere, publicum que ama, &c.

II. Facile caremus ſtellis firmamenti, cum ſol medium tenet axem orbi immensaltior. Tu ſol orbis eras. At Nemo accedit lucernam, & ponit eam ſub modio; ſed ſuper candelabrum. Tu eras lucerna lucens, & ardens. Ioann. 2. Age, ſequere ex ēremo Precurſorem in Publico apparetum. Per te item impletur illud: Luke 11. Populus, qui amulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Iſaiæ 9. Habitantibus in regione umbra mortis, lux orta eſt eis.

Ettulax, quæ cunctis præluebas Episcopis, non ſectando aulas, pompas, equitatus, canes, venationes; non locupletando tuos; Sed ſemper ipſo te factus egenitor, humilior, &c. vt teatum denique tibi negares, amares humum ac ci-

nerem, in quo cubares. Tua vox eſt. Non decet Christianum, niſi in cinere mori. Bernardi vox eſt: Pauper vere ſuit Martinus, rufeſordidus, crine in cultu, facie deſpicabilis, quæ in Episcopatu fere non mutauit.

Pij V. vox fuſiſe putatur: (qui monachus fuerat Ordinis Prædicatorum, ) Hac cūlos Pauper ſui Episcopus: egens Cardinalis; mendicus Papa, Martinus miles ne obolum habuerat, quem egenti largiretur, dat palium; minus monachus, longe minimū Episcopus ſibi reſeruabat.

III. Denihilo nunc gloriariſ ethnica vetuſtas; nihil vel ad vnum Martinum aspiras. 1. Esto: Dux Thebanorum E-paminondas, teste Lupt. Fulgoſo lib. 4. tantus licet, tantulo tamen contentus vixit; vt in defuncti domo præter haſtam aliud repertum ſit nihil; fueritque ſumtibus publiciſ humandus. 2. Lysander La-cedemonius, victor Atheniensium in paupertate vitam egit, & exegit; eoque mortuo generi filias repudiaverent, quod nullam cernerent cum eis hereditatem, ni decreto magistratus vetuiffet. 3. Val-publicola Cof. Rom. primus cum Bruto, tertiumque Consul, am pauper deceſſit, vt exequiæ publico ei fuerint ducenda. Mortis Martinianæ cinereum humiſtratum teſtatur, quæ ad funeris ſibi ducenti pompa reliquerit. Superauit Lyſandros, Publicolas, &c.

Non iam Alciate, paupertatis imaginem dapiculum Biantem nudum; cum dicto hoc. Omnia mea mecum porto. Sed Martinum propone. O Sancte Codre! Irum, vir optime Martine, viciſſi Irum, & omnes, Te, ipsamque Paupertatem Paupertate viſitua. Ditaſti Eccleſiam exemplis; animas virtutibus, cœlum animabus.

Famosos  
ethnicos  
imprimis.

Vera pa-  
upertatis-  
mago eſt.

## PARS

## PARS VII.

Deinuicto Martini zelo & Fortitudine.

*Zelator a. nimirum.* I. **T**E enim quis in animarum zelo zénimatum? Hic neque in morte potuit, extingui inquam? ne vel obnubilari. Gliscerat igne amplius: emicabat illustrius, ut diceres: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius; non recuso laborem. O Vrum resignatum!

*Metu in- fractus.* Sitibi, Noe post quadraginta dierum diluuium dixisset; adhuc alterum tatum esse perdurandum in arca, inque diluuij iactatione; annon animum contraxis- ses? Minus id vitro experisses. Vide, quanto præte Martinus sit, vel in hoc mundi pelago fluctuare paratus, periculosiore, quā fuerit diluuium: Domine si adhuc. &c.

*Vite im- perturbata su- pra David.* 1. Qualis, quantusque Dauid esset; per- fatus tamen vita, ac ærumnarum adspic- rabat ad Patres, Psalm. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! At Beatus Martinus altior vita miserijs, insuetus iisdem ipsas contemnebat, vita neclaborem recusabat. 2. Videbat hoc in cœlis Paulus, ac tanta viri Virtutinil inuidiebat; qui vita satur olim exclama- rat: Roman. 7. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortuus huius?* Dicas Iob licet, cap. 10. *Tadet animam meam vitam meam;* Patientior te Martinus dicit: Domine, si adhuc sum populo tuo necessarius, non recuso laborem.

*Supraq. Paulum.* Et vero Bernarde, quantus ipse fuedi-  
Angeli la. ris: Martinum tamen admiratus es: O  
bore inui-  
dus. *Angeli magna est vestra obedientia:* Sed, pace  
vestra dixerim: Nescio, an inueniatur in vobis  
quisquam paratus in tale ministerium mitti,  
in quo necesse habeat non videre faciem Patris.  
Quare S. Martino, ad tale parato, cedatis  
oportet. O virum, iam etiam Angelis su-  
periorem!

*Et Petro animosior.* II. Quid Petrus? Audebat Domino in

faciera: Ecce, nos reliquimus omnia; & secun-  
sumus te: quid &c. Dein gustarat aliquid  
Cœli in monte Thabor, & ait. Domine bonum est; nos hic esse, faciamus hic, &c. Non tam amans sui Martinus est; sed etiam plus pro Domino perpeti appetens, ait:  
Non recuso laborem.

Hunc, ô Iona Sareptanæ vidua redi-  
tuū pignus, & Elia suscitoris tui mira-  
colum, hunc si audisses Martinum; reor  
haud dixisses: Iona 4. Et nunc Domine tolle  
quæso animam meam à me, quia melior est mihi  
mors: quam iterum experiri mare, cati-  
que ventrem.

Tuque Elia non orasses, 3. Reg. 19. *Suf. Elia ton-*  
*ficit mibi Domine, tolle animam meam.* Itan-  
*stantur.* *Ita* sc̄mina tibi intolerabilior erat morte i-  
psa? An vita ærumnosa fessus eras? Su-  
uior est Caro Iezabele, crudelior est Mü-  
ndus Achabo, formidolosior Satan, quo  
dolosior? Ettamen Martinus ait; Non re-  
cuso. O virum inuitum!

## PERORATIO.

**M**artine miles Domini, iam satis est,  
iam emeritus rude donatus es, quid  
castra repetes? Quis enim par esse labori-  
bus queas, junior quos exantasti? &c. At  
omniapossim in eo, qui me confortat, ait: Non  
recuso laborem. Quæ vidit artas, vel audiuit  
talia? O virum ineffabilem, nec labore viatum,  
nec morte vincendum?

IN F. S. CATHARINÆ VIRGINIS  
& Martyris.

*Simile est regnum cœlorum X. Virginibus.* Matt. 25.

**H**oloferne obtruncato per Iuditham.  
Iud. 14. Vagao hinc rabie percit, inde  
heroicum sc̄minæ facinus obstupe-  
fens exclamauit: *Vnamulier Hebraea fecit*  
*confusionem in domo Nabuchodonosor.* Ma-  
xentius per Philosophos nequicquam  
tentante